

El rey don Pedro concede a san Pedro de Jaca lo que tenía en Araguás y Larbesa.

—ACA, Ramón Berenguer III, n.º 48, trasunto de 1293.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Hec est carta donacionis quam [facio] ego Petrus Sancii, gratia Dei Aragonensium vel Pampilonensium rex. Placuit michi libenti animo et spontanea voluntate, dono Deo et sancto Petro Iaccensi ecclesie et dompno Petro episcopo et canonicis ibidem Deo servientibus, qualem partem habeo in villa que dicitur Araguasse et in villa qui dicitur Larbesa, et sic dono in istas duas villas prenominatas totam illam partem que mihi pertinet vel pertinere debet in illas in omni censu, ut sint liberas et ingenuas de sancto Petro de Iacca et de canonicis eius, tam de oste quam de censu et de servicis et de omni regali iure. Et hanc donacionem facio propter remedium anime patris mei et matris mee, et pro remedium anime mee et pro salute vite mee, et pro sexcentos solidos de plata quos pater meus debuit dare sancto Petro per illas lorichas que fuerunt de illo episcopo dompno Garcia; et hec

superius scripta laudo et confirmo cum sana mente et bona voluntate, ut firma permaneat ad servicium Dey et sancti Petri et canonicorum per secula cuncta et hoc signum [*lac.*] facio.

Facta carta ista era M^a. C^a. XXX^a. IV^a., regnante Domino nostro Ihesu Christo et sub eius imperio ego Petrus Dei gratia me regnante in Aragonie et in Pampilona et in Suprarvi et in Ripacurza et episcopus Petrus in Iacca, alius Petrus episcopus in Panpilona et Lupus episcopus in Rota, Alfonsus frater meus in Biele, comes Sancius in Erro et in Tafaylla, senior Galindo Sanz in Sos et in Funes, senior Lope Lopez in Unocastello, senior Fertunio Lopez in Aguero, senior alius Fertunio Lopez in Luarre, senior Eneco Fortuniones in Anyesse et don Suero in Penna, senior don Petro et illo abbate domno Eximino, senior Fortuynon Citz (?), senior Sancio Blas. senior Fortunio Arioli, senior Sancio Ferllanz, et illo abbate dompno Galindo de Monteson.